



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

Titulus XXXII. Somnus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

TITULUS XXXI. SOMNIA.

Somnium vidimus. Gen. 40. 8. Sancti etiam in somno caelestia tractant; peccatores in vigilia dormiunt ad caelestia procuranda: iusti, etiam somno sopiti, vigilaunt ad caelestia. Alvarez. hic Illustr. 134.

Videbam coram me vitem. Gen. 40. 9. Somniavit pincerna, habere se in manu calicem regis, & in eum exprimere uvas: pistor videt canistrum. Lipom. sollicitudo causa est somniorum: quisque somnium vidit de suo negotio.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Cant. 5. 2. Terrena meditantur, & somniant, qui terram sapiunt. At, qui soli Deo vacant, etiam dormientes Deo vigilaunt, & caelestia intuentur. Tetra, tristitia, & gravia, somnia experitur; qui gula deditus, cibo, potuque, ventrem onerat. Vis somnia, non solum levitia, sed vel divina, gustare; modum cibo, & potui, adhibe; terrena despice, salutem animae cura; & vel dormiens videbis caelestia. Jacob peregrinus, rebus omnibus delitutus; cibo, potuque, carens fessos nudā humo artus proijcit; dumque dormit, apertum caelum, & appositam inspicit scalam. Gen. 28. 12. Lipom: vides, ut somnia sancta sunt eorum, qui corpus negligunt, & parvō cibo nutriuntur. Alvarez. Illustr. 143.

Multi passa sunt hodie per visum. Match. 27. 19. Hoc somnium immissum a

providentiā Dei, non Pilato, sed ejus uxori, ut notat Chrysofost., Euthym., Theophylactus: nam, si Pilato factum fuisset; illud apud se retinisset. Manifestatur ergo uxori, ut illa marito Pilato, adstantibus Judaeis, talia revelaret: ut omnes audiant, Jesum esse innocentem. Somnium hoc à demone fuisse immissum, jam agnoscere Christum Messiam, ejusque mortem impedire volente, docent S. Cyprian., Bernardus, Lyrān., Beda, Carthusianus. Verior, & communior, sententia est, à Deo immissum per angelum. Itā Origenes, Hieronymus, Hilarius, Chrysofost., &c. quia, si diabolus volebat Christum liberare, Judaeos potius, quam mulierem, talibus visionibus in commiserationem Christi inflexisset. Sylveira hic c. 9.

Et visio per noctem. Act. 16. 9. Hæc visio fuit somnium, Paulo à Deo immissum per Angelum; qui in imaginatione Pauli formavit virum Macedonicum, ejusque vocem, ut videretur Macedonice dicere: *transiens in Macedoniam adjuva nos.* Cornelius hic. Sicut equi viam à se sæpe incitam, & tritam, ineunt; etiam dum auriga dormit: sic idem facit sensus, caro, & phantasia; etiam dum mens sopita est, & ratio dormit. Id. ib.

Qui somnijs credit, similis est ei, qui post umbram suam currit, & eam apprehendere nititur. Joan. Clim. gradu 3. de somnijs.

TITULUS XXXII. SOMNUS.

§. I.

Imago mortis.

Dormientis hominis nullus ulus, quemadmodum nec mortui. Somnus, non secus ac Publicanus, dimidium vitæ tempus nobiscum dividit. Clemens Alex. l. 2. c. 9.

Dormire morti simile est; evigilare resurrectioni simile est. S. August. serm. 120. de diversis.

Mors nihil aliud est, quam mors temporaria, & unius diei interitus. S. Chrysofost. hom. 2. de David, & Saul.

Somnus imago est mortis, imago consumptionis. S. Chrysofost. hom. 26. in acta.

Quoties dormis, & evigilas; toties moreris, & resurgis. S. Chrysofost. l. 59.

Revera plus vigilare, plus vivere est: nam quid tam morti simile, quam dormientis aspectus? quid tam vita plenum, quam forma vigilantis? Indulgendum somno est; ut corpus repararet, non resolvat. Id. f. 24.

Somnus est imago mortis, sensuum feræ. Joan. Clim. gradu 18. de somno.

§. II.

Somni moderati motiva.

Dormitaverunt Pastores. Nahum. 3. 18. S. Hieron. senaper diaboli studium est, vigilantes animas consopire. Denique & in Passione Domini Apostolorum, oculos gravi sapore premit, quos Salvator suscitans ait: *evigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* Cornelius hic.

Semper diaboli studium est, vigilantes animas consopire. S. Hieron. apud Cornelium in Nahum 3. 18.

Somnus multus oblivionis opifex; vigilæ vero memoriam emundant. Joan. Clim. gradu 19. de vigilijs.

Mane summo surgere, & sanitati, & sanctitati, mire conducit. S. Franciscus Sales. Philothæ p. 3. c. 23.

Vigilia,

con-
nem,
uod,
dum
amo.

r.
non
gu-
are;
Dei:
cum
2. f.

stis,
uod
tio-
c. de

mt.
s ab
cir-
pen-
nan-
fia:
llis.
elo-
gnæ
tus.

Se-
ad-
en-
t in
i in
or;
de
im
vi-
nit.
no-
na-
gi;
n,
ur.

zi-
n-
lis
n.
n-
e-

od
as
ui
ni-
ex
o-
e,
9.
er.
ui

Vigilia, status antè peccatum: non enim somnus ante peccatum obrepisset in homines. Assimilat vigilia supernis civibus. Mortis habeat similitudinem membra saporis in tempore: vigilia verò resurrectio est membrorum. A similitudine mortis fecit divortium, qui studuit vigilare; & socium se fecit non dormienti vitæ. Sim. Cass. l. 4. c. 4.

In charta perditarum expensarum tempora somni scribe: ad fiscales introitus districtas pone vigiliæ: qui novit vigilare, novit orare. Idem ibid.

§. III.

Somnus incommodus, molestus.

Ipse verò dormiebat. Matth. 8. 24. Euthymius, & Theophylactus, aiunt, cervical, super quod dormiebat, fuisse ligneum.

S. Eustrathius Thaumaturgus &c. Monachus factus, tertur nunquam supinus jacuisse; neque rotis 75. annis, quibus cursum vitæ peregit, dormiturus in sinistram latus corpus deposuisse. Bollandus 9. Jan.

Miscellanea.

Homines, qui populis præsumunt, si quando de rebus fortuitis consulturi sunt; die non contenti, noctes etiam vigilando adhibent: nos verò, qui pro ipso cælo certamen habemus, ipsò quoque die dormimus. S. Chrysof. l. 27. in Epist. Rom.

Somnus ex magna parte ebrietati similis. Nil temporis tam deperit de vita nostra, quam quod somno deputatur. S. Bernardus Ep. ad fr. de vita solit.

TITULUS XXXIII.

S P E S.

§. I.

*Figura, & Symbola.**Ex Veteri, & Novo.*

Flat firmamentum in medio aquarum. Gen. 1. 6. Sit spes nobis quasi dies secundus; per quam in caelestibus habitantes; ab his, qui terram sapientes, & à Deo sola terrena flagitantes, sub cæli firmamento, aquarum instar dilabuntur, & fluitant; Deo promovente discernimur. Aelredus Abb.

Tenentes baculos in manibus. Ex. 12. 11. Per baculum spes indicatur, & fortitudo, tendentium in terram promissionis. B. Isaias orat. 22. Baculus, quò & feras repellimus, & nonnunquam sustentamur, spes est. S. Gregor. Nyss. in vita Moysis.

Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit. Deut. 11. 24. Pes vester, utique spes vestra est: & quantumcunque illa processerit, obtinebit. Si tamen in Deum tota figatur; ut firma sit, & non titulet. S. Bernardus l. 15. in Pl. qui habitat. Spes vocata, quod sit spes progrediendi, quasi est pes. Unde contrarium desperatio: deest enim ibi pes; nullaque, progrediendi facultas est. S. Isidorus originum l. 8. c. 2.

Consecuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus est vehementer à sagittarijs. 1. Reg. 31. 3. Clypeus fortium, spes est divinæ protectionis, quò ignita diaboli jacula repelluntur; quibus graviter vulneratus est Saul à sagittarijs in tantum; ut seipsum desperatione interfecerit. Drogo Ost. de Sac. Dom. Pass.

Statuit duas columnas in porticu templi. 3. Reg. 7. 21. Salomon duas columnas effinxit, aeras, octodecim cubitorum altitudinis: alteram Jachim vocavit, alteram Booz.

Jachim confirmatum, Booz. in fortitudine, significat. Ad quid hæc columnæ, quæ nomine, & re, fortitudinem signabant? ad sustentanda lilia: hæc enim erat opus capitellorum v. 19. Duæ igitur aereæ columnæ figurantur, ut lilia solum sustineant. Lilius spei Symbolum est. Pierius l. 55. in numismate Antonini Pij lilium cum Lem. spes publica. Et aliud Adriani eadem formâ: Lem: spes populi Romani. Addo, non solum spem, sed longam spem, denotare: omnium enim longissimus flos est lilius, teste Plinio, & Pierio. Verum, ad sustinendam spem longam, quæ in longum tempus extrahitur, duabus opus aereis columnis, id est, maximâ virtute. Tuffo in Eccl. 2. 3.

Super Sion montem sanctum ejus. Pl. 2. 6. Nomen hoc modò significat Ecclesiam, modò ipsum D. Salvatorem, modò Jerusalem futuram. Hic Sion Ecclesiam debemus accipere; quam montem appellat, propter eminentiam honoris, & firmitatem fidei. Sion enim Hebraicè dicitur specula; quæ, competenter aptatur Ecclesiæ: quæ, ad futuras spes sufficienter instructa, promissiones Domini mentis providentiâ induetur. Cassiodorus hic.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion. Pl. 124. 1. Qui hic fuerint in vera religione constantes; & spem suam in Domini defensione posuerint: sicut Sion Jerosolymæ mons, ita firmissimâ soliditate consistunt. Cassiodorus hic.

Edificavi mihi domos. Eccl. 2. 4. Quilibet deberet in seipso edificare domos multas, velut in quadam civitate. Primam domum debet facere hyemalem, id est, domum patientiæ; in qua se tueatur à grandine, & pluvîâ, tribulationum. Debet facere domum æstivalem, velut solarium; scilicet domum spei &c. Hugo Card. hic.

Flores